

GEROLDVS SVEVIAE DVX.



Geroldus ex illustri principum Sueviæ familiæ prognatus, magna fortitudine corporis & animi conspicuus fuit, anno à nato Christo 785. Itaq; Suevi eum sibi ducem elegerunt. Eo tempore Suevi in Thuringia aliquam regionis partē possebant. Contigit autem ut cum Saxonibus finibus disceptarent. Hinc grauiſſimum bellum inter Sueuos & Saxones fortissimos Germaniæ populos exortum, & in multos annos protractum fuit. In eo Geroldus nihil intermisit quod ad prudentem ducem & strenuum militem pertinebat. Itaq; tandem Videkindus Saxonie princeps prelio commisso occubuit, & Geroldo uictoriam reliquit. Vnde Geroldus ob res fortiter gestas, magnam apud omnes laudem obtinuit. Alb.Crantz.lib.2.Sax.cap.24.